

posito, quae decreta per dominum nostrum legatum modernum in concilio provinciali Magdeburgensi¹⁾ edicta essent acceptata per ecclesiam Misnensem, quae exempta est, vel essent per dominum legatum specialiter mandata et prorogata ad ecclesiam eandem, nihilominus tamen — paternitas vestra nullam suspensionis poenam formidare habet ex eo, quod episcopi nullam poenam suspensionis vel interdicti incurrunt, nisi in sententia vel mandato essent expressi, quanquam secus esset dicendum in sententia excommunicationis, quia in illa episcopi privilegiati non sunt. Sed quia, reverende pater, decretum illud nil loquitur de episcopis, igitur episcopum non includit. Si enim dominus noster papa mandaret generaliter, quod omnes praelati et clerici solvere deberent tantam pecuniam, suspendendo non solventes infra terminum assignatum, per talem constitutionis sententiam vel mandatum episcopi non comprehenduntur. Episcoporum enim officium est in crismatis confectione, frontis crismatione, ordinum collatione et altarium consecratione, et sic valde magnum periculum esset in ipsorum suspensione, si suspensio eos ligaret; gravarentur enim per ipsorum suspensionem non tantum episcopi, sed etiam subditi eorum, et iura communia non tantum episcopis, sed etiam subditis eorum. Per unam constitutionem generalem providerunt, quae habetur in C. quia periculosum de sent. excomm. lib. VI.²⁾ Ex qua concludo, quod si et in quantum supradicta decreta provincialia per ecclesiam vestram forent acceptata, nihilominus tamen — suspensionis poenam formidare non deberetis. Est vero unum, reverende pater, quod episcopus transgrediendo huiusmodi decreta et similia generaliter loquentia gravius peccat quam alius transgressor — sed suspensionem non incurrit. Ita dicit dominus Dominicus de sancto Geminiano dicto capitulo, quia periculosum etc. Offerens me per haec ad similia praecepta paternitati vestrae semper paratum. Signatum per cappellanum pater reverende humilem Theodericum de Bockinsdorf ordinarium Lipsiensem.

Nach einer fehlerhaften und deshalb mehrfach corrigirten Abschrift von Ursinus, dipl. Misn. I. 453 in der K. öffentl. Bibliothek zu Dresden aus dem liber Theodorici fol. 292^b.

1) Das Provinzialconcil zu Magdeburg, bei welchem der Cardinallegat Nic. de Cusa gegenwärtig war, wurde in der Pfingst-woche d. J. 1451, nicht 1452 abgehalten. Binterim pragm. Gesch. VII. 252 ff. 2) Sext. libr. III. tit. 11. c. 4.

No. 1009. 1452. 30. Apr.

P. Nicolaus V. ernennt den Bischof Caspar zu Meissen, den Bischof zu Posen und den Probst des Klosters zum heil. Geist zu Breslau in der Bulle Militanti ecclesiae zu Conservatoren des Domcapitels zu Breslau. Datum Romae apud s. Petrum anno — M.CCCCLII. pridie Kal. Maii pont. n. anno VI.

Theiner vett. monum. Polon. et Lithuan. hist. illustr. II. 91 ex Reg. origg. ann. VI. Tom. XXXVI fol. 221 im Vatican. Archiv.